



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

29 Reliquiae Ordinis Defensorum Regionariorum in Ecclesia Romana
conseruantur in Collegio Aduocatorum Consistorialium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

gium Aduocatorum Aulæ nostræ
Consistorialis ex antiqua consue-
tudine delatum fuerit. Quibus
verbis manifestè euincitur de-
fensionem pauperum in Defen-
soribus Regionarijs requisitam
à D. Gregorio iure successionis
perseuerasse in Aduocatis Con-
sistorialibus.

Cùm itaque ex præmissis li-
queat , Ordinem Defensorum
Regionariorum institutum à
D. Gregorio , tám vi nominis ,
quàm re ipsa adamussim in
omnibus conuenire Collegio
Aduocatorum Consistorialium ,
Concludendum * profectò est , 29
reliquias diëti Ordinis in Eccle-
sia Romana conseruari in dicto
Collegio , sola Defensoris voce
in

46 CAPVT

in Aduocatum temporis suc-
cessu immutata ; nam si usque
in præsentem diem videmus
alios Ordines Regionariorum
conseruari in Collegiis Protho-
notariorum , & Subdiacono-
rum Apostolicorum , quorum
loco nuperrimè sufficiunt
Auditores Rotæ , cur solum or-
dinem Defensorum defecisse
dicendum est , cuius institutum
in singulis explent Aduocati
Consistoriales ? Nomen ergo
tractu temporis mutatum fuisse
conceditur , sed Ordinis , ac
Instituti identitas perseverare
dicitur , cum pauperum , & Ec-
clesiarum defensione ; animad-
uertendo præsertim , Aduoca-
tum Ecclesiæ dictum fuisse De-
fen-

fensorem usque ad tempora A-
lexandri Secundi anno Domini
1062. cum inter Defensorem
Ecclesiæ Romanæ, & Aduoca-
tum Regium facta fuit disce-
ptatio relata per Baron. *Annal.*
tom. 11. pag. 303. & seq. no-
men *verò Aduocati ab Ecclesia 30
Romana usurpatum fuisse Inno-
centii Secundi temporibus an-
no Domini 1141. qui Aduo-
catis Romanæ Vrbis censum
annuum Centum librarum mo-
netæ Papalis constituit de Ca-
mera sua, cuius rei *ex antiquo*
Codice Vaticano meminit Ba-
ron. *Annal. tom. 12. fol. 303.*
vers. de eodem. Mox tempore
Alexandri Tertii creati anno
Domini 1159. ex actis eiusdem

re-